



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Pera.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

A pfitacorum, & phoenicopterum, & aliarum pictarum avium plumulis intextuntur, opere tam venuste variato, ut nihil delectabilius possit oculis offerri. Nam quod superius dicebamus, hanc pro fortitudine poni, cinctus ipse apud Romanos frenuum significat, uti discinctus imbellem, & ignavum, ac nihili hominem notat. Tertulliano zona torquentum est. Hilario, efficax in omne opus bonum apparatus, ut ad omne ministerium Christi voluntatis cingulo firmus accincti.

VINCULA JUGALIA. CAP. XLVI.

Iugalia vero vincula quæ sint, apud Poetas omnes vulgata sunt, Nova sane nupta cingulo præcincta. Nova nupta nupta gebatur ex lana ovilla facta, quod vir prima nocte, in Dæ virginalis honorem, sponsæ accinctus pta cingulū in lecto solvebat. Unde Homerus, *λύσαι ἢ πικρὸν ἔσθλω*. E apud Ovidium:

*Castaque fallaci & zona recincta manu.*

*Solvete virginalem zonam.*

Eoque spectat Catullianum illud,  
*Qui zonam solvit disu ligatam,*

B Indicabat vero hieroglyphicum hoc, ut sicut illa in glomos sublata conjuncta inter se est, sic vir suis secum cinctus junctusque esset. Cingulumque hoc Herculeo nodo vinctum, vir omnis gratia solvebat, ut sic & ipse in liberis suscipiendis felix esset, quemadmodum Hercules fuit, qui liberos septuaginta reliquisse fertur.

PUERPERIUM. CAP. XLVII.

Q uin etiam zonæ solutio puerperii fuit hieroglyphicum: olim siquidem *Solvete zonam* dicebantur, quæ primo pariebant, eaque de causa levatæ partu mulieres, zonam Dianæ dicabant. Unde sanum Solvizonæ Dianæ Athenis fuit, de quo apud Apollonium Argonauticis.

TEMPERANTIA. CAP. XLVIII.

H abent & Divinæ literæ hieroglyphicum quod per zonam cingulumve significant, præcipue vero temperantiam & moderationem, qua fluxæ animorum cupiditates coercentur, luxuriantia compefcuntur, & modus denique imponitur rebus, ut quinto supra quadragesimum Psalmo legas, Zona in Divinis significatio. *Regis filiam in cingulis aureis conspiciam*, quod alii in fimbriis transtulere. Apostolus tamen præcinctus circa lumbos zonis aureis dixit, quod pro cordis munditia nonnulli interpretantur, alii vestem auro contextam simpliciter accepere. Verum Euthymius zonam agnoscit, & pro temperantia atque modestia, quæ concupiscibilem animæ partem coercet, interpretatur: non hoc diciturus, si vestem simpliciter agnovisset, Quamquam & fimbriarum non respuit ornatum, & virtutum inde multiplicitem non averfatur.

*In Apocal.*

DE PERA. CAP. XLIX.

P O sita zona, visum est *κατὰ πένεσρον* & Peram apponere: nam & zona ipsa sæpe pera est: ut apud Horatium:

*Ibis eò quò vis qui zonam perdidit.*

*Horat. in epistola.*

Hæc tam apud Græcos quam apud Hebræos hieroglyphicum habet id, quod pro cura & sollicitudine vicius accipitur, unde Theologi transferunt ad impedimenta humanæ vitæ, quæ animum alioqui paratum ad disciplinas inturbant. Græci super hoc dicunt, *Diogenes cui pera penus*, cui scilicet minima harum rerum cura. Evangelium quoque, *Nam peram in via*, cum nec quidem sollicitos, esse de crastino imperaverit Dominus. Eodem facit & facculus, quem habere non licet, hoc est, in hac peregrinatione minime thesaurizandum esse. Quod ibi apertius: *Facite vobis facculos qui non vete. pere & esse rascunt,* Lucianus in Timone.

HIEREMIÆ CINGULUM. CAP. L.

E Jusmodi est & cinguli significatum, quod ex lino factum, eoque cingere se jussus est Hieremias. Quod quidem ut manifestius intelligatur, exigit locus, ut de lino quædam altius repetamus. Lini & bominis comparatio. Linum enim ex terra nascitur, satumque prius in gramen pullulat, mox ut flore lascivierit, vel litur, aqua immerfum maceratur, exficcatum mox trangitur, & quoquo versum perdomatur, inde peçitur,